UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. VI. An, & quo pacto beneficium Ecclesiasticum dividi possit, seu secari in duo vel plura?

urn:nbn:de:hbz:466:1-61641

Visual Library

temporalibus Vicariis, *ex lib.* 1. *Decretal.* 28. jam patent.

## §. V.

### *De diſmembratione beneficiorum Eccleſiaſticorum, & requiſitis ad illam.*

DIſmembratio, ſive quod idem eſt, diminutio beneficii, tum cenſetur fieri, *quando pars bonorum v. g. diviti valde beneficio auffertur, & alteri v. g. tenues reditus habenti, vel fabricæ Eccleſiæ applicantur*; hanc ex juſta cauſa poſſe facere Epiſcopum ex *c. Avaritiæ 10. h. t.* à contrario ſenſu colligitur: & ſi diſmembratio talis fiat, beneficio non vacante, ad petitionem ſive inſtantiam ipſius Rectoris adhuc ſuperſtitis, neque Eccleſia talis ſit collegiata, aut incorporata Conventuali, aut Collegiatæ Eccleſiæ, ſola auctoritas Epiſcopi, velut ordinarii, requiritur, ad eam faciendam, ſi tamen Collegiata ſit, aut tali incorporata, debet etiam haberi conſenſus Collegii, & ſi Epiſcopus eam faciat ex motu proprio, præter juſtam cauſam, requiritur etiam conſenſus Capituli Cathedralis, tanquam ſolemnitas aliqua neceſſaria, ad hanc quaſi alienationem faciendam. Rectoris verò Eccleſiæ diſmembrandæ in tali caſu conſenſus non requiritur, ut neceſſaria ſolemnitas, ſed præciſè tanquam ejus, cujus intereſt, ita, ut invito etiam hoc, ſi neceſſaria videatur, diſmembratio fieri poſſit.

## §. VI.

### *An, & quo pacto beneficium Eccleſiaſticum dividi poſſit, ſeu ſecari in duo vel plura?*

DIvidi, ſive ſecari beneficium dici- quando ex uno fiunt duo, vel plu- etiam beneficia, ita ut jam ſint duo Ca- nonicatus, duæ Eccleſiæ Parochiales, duæ Capellaniæ, &c. ubi priùs tan- una fuerat. Et quamvis hæc benefi- rum diviſio in Concilio Turonenſi ... in *c. Majoribus 8. h. t.* prohibita fu- fatentur tamen omnes, prohibitum ... tantùm fuiſſe, ne fieret ſine juſta ac ra- tionabili cauſa (ad cavendam ... odioſam Eccleſiæ ſtatûs mutationem) ... hinc in *c. Vacante 26. h. t.* conce- Epiſcopis, quòd ex juſta & rationabili cauſa poſſint unam præbendam divi- in duas, modò quælibet ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem præben- quòd ſi tamen poſt factam diviſion- reditus non ſufficerent, ad hone- utriúſque beneficiati, de novo ... tuti, ſuſtentationem, obligatur Epiſcopus ad integrandas Præbendas, ut portio aliqua ex beneficiis abundanti- bus, cùm vacaverint, detracta ... ribus illis adjiciatur; vel ſi hoc, aut ſimili modo juvare beneficiatos ... non poſſit, tenebitur ex menſa ſua ... ſuſtentatione ſufficiente illis provi- ſi illegitimè diviſionem faciendo, in cul- pa fuit. Neque tamen in eo ſenſu di- beneficia poſſunt, ut ad unum idem- beneficium, quod unum manet, duo be- neficiati ſimul recipiantur, quod pro- betur in *c. Dilecto 25. h. t.* cùm ...